



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

IV. Non idcirco minus suas quis Patri spirituali tentationes patefacere debet, quod quæ illis aduersus illus suggesturus est remedia, iam se nosse putet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

occurrerent clamantes, Iesu praeceptor miserere nostri, & Iesus illis diceret, *ite & ostendite vos Sacerdotibus, ecce dum iret mundati sunt, etiam ante quam se Sacerdotibus dicerent.*

Adeo scilicet gratum est Deo, nos humiliari, hominibusque, quos suum supplere locum voluit, subijci, ut ostentur, quanto opere hoc sibi placeat, miraculis id confirmare, non sit dedignatus. Imo vero non raro fit, ut te vel solum comminante, Superiori te rem & suggestionem declaraturum, tanto demore timore percellatur, ut te relicto illico fugiat. Quo irra bonum est hac in parte pueros imitari, qui si quis ipsis molestus est, & iniuriam facit, statim patri se id suo dicturos dicuntur & comminantur.

CAPITULUM IV.

Non idcirco minus suas quis Patri spirituali tentationes patefacere debet, quod quae illis aduersus illas suggesturum est remedia, iam se nosse putet.

Dicit fortasse quis, iam saepe de tentationum remediis inaudui sed ex iis, quae tum vidi, tum in libris spiritalibus legi scio, quid mihi Superior vel pater spiritalis legis respondere queat, ad quid ergo ad eum recurrere opus? Timendum sane est, ne isthaec nobis tentatio hic oboriatur, & eo timendum magis, quo se quis in isthaec scientia pronectiorum & veritatem putabit. Valde quidem ab ea diuertitur S. Dorothaeus egregie tamen eam cludat. Refert enim, sibi dum tentationem suam Superiori patefactum abire vocabatur statim occurrere solitum, *Quid frustra tempus consumere vis? Hoc & istud ille tibi responsurus est: id iam tum ipse*

S. Doroth.
serm. 5.

nostrum: desine ergo Superiori hoc aditu molestus esse. Ego, vero inquit tentationi, iudicio sentique meo non parum succensebam, ac dicebam, *aspice Satana, Anathema tibi, & iudicio tuo, & intelligentia ac prudentia tua, cogitationi ac scientiae tuae?* Et tentationem & tentationem parum moratus, Superiorem adiens, quidquid mihi in animo suggereretur haud dissimulanter declarabam. Si quando vero fiebat, ut superior id mihi remedium suggereret, quod ante mihi priuatim occurrebat, statim mihi cor meum, nescio qua inquietudine & turbatione dicebat: *Numquid bene dicebam, isthuc tibi ab eo respondendum? quid ergo illuc opus erat recurrere? Cui ergo contra replicabam, Nunc bonum est remedium, non ea Spiritu Sancto est, sed cum a te proficisceretur, suspectum mihi id erat, & parum tutum, videbatur. Hoc scilicet clypeo hanc a se S. Dorothaeus tentationem repellebat, nec eam uoquam in animum suum irripere sinebat, ac confestum in omni suggestionem ad Superiorem, vel ad sacram anchoram confugiebat. Notum id est iurati, nec propeo iudicio vel minimi credere, vel in iurati est namque communis. Sapientum & Sanctorum Patrum sententia, nullum in propria causa & negotio bonum iudicem esse. Quod, si etiam verum est tum, cum nullus, homo tentationibus pulsatur verius longe id erit, quando etiam ad sunt, & animae oculos excæcant, ut quod consentaneum est, minime deas, iuxta illud Prophetam, *Cum prehenderunt me iniquitates meae, & non potuerunt videre me.* Tunc quippe homo quod malo suo quadrat remedium, non perspicit, & esto forte speculative id nouerit, ipsum tamen in utilitatem suam conuertere, & ad actum redigere non poterit, tentatio quippe vehemens animi excæcat, mentem eripit ac turbat, unde tunc magis eum Deus per uocem Superioris uerbum, quam per quaecumque ipse nouit, inuabit.*

Scitum, ad id, casum adducit S. Augustinus.

CAPVT V.

Nemo ideo sua Praeposito reuelare omittat,
quod tenuia ea & exilia sibi esse
videantur.

Soler & alium quendam diabolus nõ-
nullis excusationis pretextum sugge-
re quò minus se suaque superiori mani-
festent, nimirum dicendo, nullius ea mo-
menti esse, ac proinde opus non esse, &
inconueniẽs videri eum puerilibus incip-
tiis ad eum recurrere, turpe & vile ef-
fe, cum id genus recula eum adire. Ad-
hoc itaque respondeo primo, cum qui
perfectiori acquirendæ studet, non tam
respicere debere, an grauis res sit, an ne-
cessaria, num obligationis, quam sem-
per procurare id quod melius est & per-
fectius. Proinde rem quamcumq; quan-
tumuis paruum, magni ei faciendam &
rationem eius superiori reddendam vi-
deri. Hoc namque est perfectiori stude-
re. Interea autem quæ alios valde adifi-
cant, non postremum esse, ad superio-
rem res, etiã paruas, referre, & quò quis
perfectior veteraniõ & sciẽtia celebrior,
eo magis adificare, hoc enim est propter
Christum repuerascere & infantẽ fieri.

Dico secundo, sæpe quid reuera non
tam paruum esse ac cuiquam videatur,
sed pudorem & quam in eo declarando
sentit repugnantiam ad ipsum diminu-
endum, credendumque quod paruum re-
ferat id subtrahere, rationes ei suggerere.
Non secus ac in confessione fieri solet;
quando enim quis præ pudore rem ali-
quam vilem & exilem fatei negligit, il-
lico Diabolus, verecundiam hanc & na-
turalem quam homo sentit repugnan-
tiam ut aptum adhibens instrumentum,
ei persuadeat, nullum in hoc peccatum
esse, vel saltem non letale ac proinde ad
ipsum confitendum minime obligari.
Quam multos hac via & reohna Diabo-
lus supplantauit & subtrahere fecit, quod
necessario confitendum erat, itaque ma-
las confessiones & sacrilegas commu-
niones instituere. Vel hoc solũ, quod in
re aliqua superiori declaranda aperit eaq;
repugnantiam ac difficultatẽ experiatur,
ff 3 saus

Medicina
medicima
nu porre-
sa sauat.

stinus. Quidam inquit, cum grauius a-
gitoraret, medicum aduocauit: Qui ve-
niens, eum medicamento adhibito, sani-
tati restituit. Paucis post diebus contin-
git, eodem eum languore laborare, ve-
rum, quod in periculum illud remedium ei
miser profuisset, id ipsemet sibi, non ad-
uocato medico (memoria quippe illius
inseculum id manserat) applicauit:
Sumpsit & applicuit quidem, minime
tamen id sibi sensit prodesse. Miratus er-
go, aduocat medicum, & rem ex ordine
narrans, rogat quid cause sit, cur, cum
idem ipse adhibuisset medicamentum,
nullam inde iam utilitatem caperet? Cui
medicus lepidè simul & acute respondit.
Causa, cur modo te medicina hæc non
iuuertit, fuit, quod meis ego manibus
eam tibi minime propinaui. Id ipsum
porro & nos in hac materia dicere pos-
sumus.

Quod ipse nosti, ac sæpe numero in-
audisti remedium, ideo nequaquam tibi
conducat, quod superior vel Confessa-
rius, qui medicus tuus spiritualis est, id
tibi non suggestit. nam ut aliam vim &
energiam habet, porro per medici ma-
num porrecta, ut porre qui mali capiet,
vim, & virtutem suam, nouit, ita & in
medicamentis & remediis spiritualibus
viri venit.

Bonæ quidem erant aquæ fluminum
Damasci & salubriores multo quam a-
quæ Iordanis: Naaman tamen ipsum à
lepra expurgate non potuit, sed illa so-
la, in quibus eum Elias Propheta lau-
uari iussit. Deus quippe eum verbis, quæ
tibi profert superior, & eum eo quod is
tibi suggestit remedio singulari modo
concurrit, De enim ille solum supplet.
Quocirca per facile & commune reme-
dium, per manum superioris porrectum
longa erit tibi conducibilis, quam
quidquid ipse demum nosti,

est multo plura
noris

Trac. 4. c. 4.